fides quia christus est dei filius et sempiternus ex patre
et natus ex virgine; Quem quasi gigantem sanctus david
propheta describit eo quod biformis gemineque nature
unus sit consors divinitatis et corporis; qui tamquam
sponsus procedens de thalamo suo exultavit tamquam
gigas ad currendam viam; Sponsus anime secundum
verbum gigas terre quia usus nostri officia percur
rens cum deus semper esset aeternus incarnationis sa
cramenta suscepit; Non divisus sed unus quia
utrumque unus et unus in utroque; hoc est vel divini
tate vel corpore; Non enim alter ex patre alter
ex virgine sed idem aliter ex patre aliter ex vir
gine; Generatio generationi non preiudicat nec
caro divinitati quia nec pignus patri nec volun
tas passioni nec passio voluntati; Idem enim
patiebatur et non patiebatur; Moriebatur et non
moriebatur; Sepeliebatur et non sepeliebatur; Re
surgebat et non resurgebat quia corpus proprium susci
tabat; Quia quod cecidit hoc resurgit quod non cecidit
non resurgit; Resurgebat igitur secundum carnem
que mortua resurrexit non resurgebat secundum